



# Dissertatio juridica practica de probatione nativitatis

<https://hdl.handle.net/1874/42438>

DISSERTATIO JURIDICO  
PRACTICA

De

PROBATIONE  
NATIVITATIS,

QVAM

DEO FELICITER ANNUENTE IN IL-  
LUSTRI ALMA ARNOLDINA, QVÆ  
EST BURGO STEENVORDIÆ.

IN AUDIT. MAJORI AD DIEM 8 Decembr.

M. D. CCVII.

PUBLICÆ PLACIDÆQUE ERUDITORUM DIS-  
QUISITIONI SUBMITTUNT

PRÆSES

REINH. GOELENUS,

J. U. D. COMITI BANTHEIMIACO  
DNO. ERNESTO JUDEX AULICUS, CON-  
SILIARIUS, ET IN ILLUSTRARI ARNOL-  
DINO ANTECESSOR.

ET RESPONDENS

FRIDERICTVS WILHELMVS TAISEN,  
STEINFURT.

BURGO - STEENVORDIÆ,  
Apud HERMANNUM RYSKAMP, Illust. Arnold. Typ.  
ANNO 1707.



540

*Nobilissimo, Amplissimo ac Celeberrimo Viro*  
**DNO. GOEDHARDO BORGESIO, A. L. M.**  
Et Philosophiæ Doctore, ejusdemque ut & Historiarum &  
Eloquentiæ in Illustri Arnoldino Professore Ordinario, Illustrissimo  
ac Cellissimo Domino Comiti Bentheimiaco à Consiliis, ac in Ca-  
mera rationum Præsidi, ac Regimen Comitatus Steinfurten-  
sis Deputato, Curatori suo omni tempore colendo.

Ut Et

*Nobilissimo atque Gravissimo Viro*  
**DNO. JOHANNI FRIDERICO TAISEN;**  
Comitatus Steinfurtenensis Judici & Gogravio Ruschoviensi  
æquisimo, Parenti suo omni amore & honore prosequendo

Nec non

*Maxime Venerando ac Doctissimo Viro*  
**DNO. ARNOLDO MICHAELI à CÖLN;**  
V. D. M. in Ecclesia & Aula Steinfurtenfi Primario, Avun-  
sulo atque Curatore suo omni honore ac Observantia  
ad aras usque prosequendo.

In simul

*Plurimum Reverendo ac Doctissimo Viro*  
**DNO. JOHANNI ANDR. WOLFFIO.**  
Beatæ pacis in Ecclesia patria Præconi facundis-  
simo, Cognato suo æstimatissimo

Denique

*Nobilissimo atque Doctissimo Viro Juveni*  
**DNO. JOH. WILH. ALEX. CANZLERO;**  
J. U. Candidato, Cognato suo Colendo.

*Hanc Dissertationem cum Calentissimo omnigena  
prosperitatis voto, mente Manuque*

offert

**FRIDERIGUS WILH. TAISEN;**  
*Defend.*



## I. N. D. N. J. C.

§. I.

**R**obandi modus communiter fit, vel per confessionem adversarii, vel per juramentum, vel per testes, vel per instrumenta. Notanter publico communiter, nam & *ocularis demonstratio* multum utilitatis & commodi in materia de probationibus refert; E. g. Titius Mevio vendidit aedes, quæ partim ad venditorem Titium, partim verò ad Extraneum quendam Cognatum Stichum pertinent, simulq; alii adsunt Creditores, Mevius Emptor non curat publicari aedes venditas, ipseque Judex loci, qui aliàs jura partium tenetur supplere, hac in re valde negligens, vel propter incuriam opinione sua tutus fuit, dat vero Emptori documentum aliquod super contractu illo Emptionis & venditionis [quem vulgò appellamus einen Winckel oder Cammer-Contract:] Stichus ille ex post vi certæ obligationis, quâ domus huic oppignorata est, agit contra Mevium Emptorem; Hic per modum Exceptionis opponit, quòd nempe

A

pe

pe ædes illas quæstionis sub hasta emerit [ vulgo bey bren-  
 nender Kertze; tota causa verò per Impartialem seu Im-  
 partiales ex principio documenti privati illicitum contractum,  
 den Winckel oder Cammer Contract præsupponente,  
 deceditur, & Mevio per sententiam injungitur, ut debitum  
 solvat, aut ædes emptas deoccupet. Per hoc documentum  
 Judicis, quod vulgus respectu ejus, quia datum est à Judi-  
 ce istius loci, pro publico habet, constat quidem de consen-  
 su contrahentium, seu contractu aliquo emptionis & vendi-  
 tionis; Sed non debite constat i. e. prout singulares Consti-  
 tutiones hujus vel illius Principatus seu Comitatus id præcisè  
 requirunt; videat modò benevolus Lector tit. XII. part. 4.  
*Ordinationis Bamhaimiaca, qua in immediato S. R. I. Comi-  
 tatu Steinsfurtensi recepta est;* verba originalia. Sollen hin-  
 fũhro keine alienationen, Cessiones, Oppignoration-  
 nes, oder hypothecationes ohnbeweglicher Gücter,  
 oder stehender Rhenten und obligationen, in unserer  
 Graffschafft anders, als für dem Gerichte, dahe selbi-  
 ges Guet gelegen, tauglich geschehen, etc. notanter  
 tauglich geschehen, nempe ut tali in casu fiat publicatio  
 ædium vendendarum in Commodum Creditorum, & Judex  
 non minus actum subhastationis [ bey brennender Kertze ]  
 administrare debet, ità ut postea supervenientibus Creditori-  
 bus per sententiam perpetuum silentium imponatur. Hic  
 modus procedendi in omni contractu emptionis & venditio-  
 nis rerum præcipuè immobilium in vel extra Civitatem Sita-  
 rum, instar panis quotidiani [ ut ità quasi loquar: ] neces-  
 sarius ferè est, & quidem eum in finem, ne futuri incerti  
 Credi-

Creditorum, quorum nomina protocollo subhaftationis non extant, Emptorem Mevium amplius molestant. Videmus jam, quid ocularis demonstratio, præter juramentum, præter testes, præter instrumentum vel instrumenta operetur, facit ex instrumento, quod Judicis nomine corroboratum est, indeque erroneè pro publico habetur, saltem privatam aliquam scripturam testibus fide dignis munitam, quæ quidem Emptori Mevio, non verò aliis Creditoribus non debet, prout moris & styli, civitatis præjudicat.

§. 2. Probatio in genere considerata, vel attendit, quanam modus probandi sit necessàrio eligendus, vel respicit qualitatem adversarii, vel quomodo positiones formandæ, vel quomodo probatio, reprobatio instituenda. Electionem viæ probandi quod attinet, liberum Actori est, eam eligere quam velit, cautè tamen attendat, quale sit adversarii ingenium, qui mores? num rationem conscientiæ quæ verus Christianus, qui impiis affectibus turbam in Republica concitantibus, non est imbutus, habere soleat? Et si mihi, aliisque res est cum homine sincero, qui prout omnibus notum, jurisjurandi rationem habere solet, huic juramentum judiciale vel litis decisorium, quod in tantum idem est, deferre possum, idq; delatum juramentum tunc vel acceptare, i. e. præstare, vel cessante præstatione mihi referre debet. Hæc delatio jurisjurandi procedit, nihilque damni adfert, si aliæ probationes liquidæ vel per instrumenta vel per testes non sint in promptu, vel *Deferens* vult sumptus in producendis testibus, qui sumptus respectu *producens* & *producti* in his aliisque judiciis variant, evitare; præcipuè tamen Reus istius facti controversi notitiam habere debet, aliàs

frustra huic ob metum perjurii, aut illusionem Judicii, quando forsitan Reus de controversia nil certi posset deponere, delatum esset juramentum.

§. 3. Probandi via et sæpius eligitur per positiones, præsertim quando lis intercedit cum aliquo, qui mediocris sortis, communis fidei seu æstimationis est, de quo non facile præsumimus perjurium. Hunc modum probandi nonnulli Jurisconsulti planè damnant in æternum, primo ex hac ratione, quod illud juramentum, sub quo positionibus responderetur, parùm ab illis, qui juratò respondent, attendatur, quippe quod tantum sit juramentum credulitatis, utpote **glaubt wahr, glaubt nicht wahr.** Sed *meo Judicio*, juramentum illud Credulitatis & sæpius degenerat in juramentum veritatis, nempe, si articuli, super quibus mediante præstito jure jurando responderetur, *proprium factum deponentis* concernant, & tunc verba illa: **Sage wahr, oder nicht wahr** strictè à Judice sunt attendenda. Sed quid? mihi cum homine levioris conscientie et conditionis negotium est, de quo planè dubium, quòd aliquam jurisjurandi rationem sit habiturus; *Meo Judicio* cum isto homine non est procedendum per positiones, sed aliis probationibus uti debemus; quid? aliæ probationes deficiunt, *re. DD.* quòd tunc juramentum potius judiciale tali deferatur, rationem decidendi annectunt, ne aliàs sine effectu proteletur processus; *Sed meo Judicio*, si sumis adjectam illam rationem pro ratione decidendi universali in omnibus processibus tam minoris quàm maximi momenti, dico illam esse stramineam; aut enim processus est minoris aut maximi momenti, si est minoris, possum quidem ad eliciendam veritatem tali homini nauci defer-

re juramentum; Sed ad evitandum perjurium consultius est, ut illi, ed ipso, dum delatum juramentum vult præstare, juramentum remittatur, (*uti sapius in Judicis practicum vidi.*) secus si super re alicujus ponderis litigatur, tunc assentimur opinioni DD. supra recensitæ.

§. 4. Actor ex ipso libello format positiones, dum factum in libello propositum certis articulis includit, quos Judicium exhibet, simulque se offert ad juramentum dandorum, i. e. ad juratam productorum articulorum confirmationem, & petit in fine, ut articuli illi, Reo cum præfixo termino, in quo se siltat, & jurato ad illas positiones respondeat, & quidem si factum proprium concernat, per verba: Sage wahr, oder nicht wahr; si factum alienum: glaube wahr, oder nicht wahr, communicentur; hanc juratoriam Reiresponzionem, practici vocant juramentum respondendorum. Super his juramentis, verbisque ferè monstrosis dandorum & respondendorum à non meris Civilistis seu practicis mirum in modum lis agitur, 1. dicunt cum *Meyo p. 3. Dec. 125.* utrumque hoc juramentum esse tantum de calumnia. 2. quòd duo litigantes, Actor & Reus super eodem puncto causæ non simul possent jurare. 3. Consequenter perjurium ab una alterave parte absolute esse metuendum. Fateor, hic modus procedendi per juramenta dandorum & respondendorum, in odium practicanrium suos patitur nævos, & quòd istiusmodi juramenta in *Comitatu Tecklenburgensi* sint penitus abrogata, nuper ibidem à *Consiliario quodam*, quem Fratresque ejus germanos reverenter habeo, lubenter audivi; secus verò se res habet in nostro Comitatu Steinfurtensi, cujus subditi & Incolæ omnem mutationem seu novationem tanquam ex com-



muni principio periculofam damnant, & in abyffum quafi abjiciunt; Sic enim legimus *tit. V. & VI. parte 2. Ordinationis Banthaimiace*, quæ heic locorum, uti dictum in §. 1. *b. noft. difp.* est recepta; verba. **Form des Aydts dandorum.** Diefen Aydt foll der Kläger, fo er gegenwertig, in feine Seele, aber der Anwaldt in fein eigen Seeleſchweren, daß feine oder feines Principalen eingebrachte Articulen, fo viel deren feyn, oder feiner partheyen eigen geſchicht oder That berühren, wahr feyn, fo fern aber die Frembdt, oder andere That oder Geſchicht betreffen, daß er die glaub wahr zu feyn. **Tit. VI. alleg. Ord. Aydt respondendorum.** Also folle auch der Beklagter, oder fein Anwaldt, ſchweren, daß nemlich des Klägers Articul, fo viel dieſelbe ſein eigen That oder Geſchicht betreffen, die wahr feyn, oder nicht, und ſo viel dieſelbe frembde That oder Geſchicht belangen, daß er dieſelbe glaube wahr zu feyn, oder nicht, antwortten wolle.

*Tres illæ rationes supra contra juramenta dandorum & respondendorum adjectæ in tantum ſunt ſtringentes in tantum non.* 1. *Utrumque hoc juramentum & dandorum & respondendorum non tantum eſt de calumnia; Sed in proprio facto utique degenerat in juramentum veritatis, id, quod meo iudicio tali in caſu, quando articulus proprium deponentis factum concernit, Judex iſtius loci, ubi juramenta dandorum & respondendorum vigent, partibus anxie inculcare debet, cum in finem, ut majorem hujus juramenti, quod certo*

certo casu, uti antea dixi, in juramentum veritatis degenerat, summam habeant rationem. 2. Verum est, duo nempe Actor & Reus simul non possunt super eodem puncto causæ jurare, nisi facta in articulis recensita sint plane diversa, tunc quilibet juratus deponens respondet de suo proprio facto, nempe sagt wahr, sagt nicht wahr. 3. Cessat hoc casu omnis metus perjurii, Actor enim in articulis, qui ad factum alienum spectant, deponit glaubt wahr, glaubt nicht wahr, idem et facit Reus; sic & Actor de facto proprio, quod utique nonnullis articulis est comprehensum statuit & defendit veritatem sub consuetis verbis: Sagt wahr, sagt nicht wahr, & neutequam könnte wohl seyn, mögte sich wohl also zugetragen haben, Er Deponens mögte solches wohl gethan haben, id quod & Reus simili in casu observat; adeoque cessat perjurium; quicquid tamen hujus rei sit, nos affirmantium Cohorti statutum illud de Juramentis dandorum & respondendorum penitus abolendum esse, intrepidè assentimur, ex sequentibus rationibus. 1. Non est ludendum cum juramentis, sicuti pueri ludunt cum pila lusoria seu clavata. 2. aut testes, seu documenta (urkunden) adsunt aut non; si adsunt, impiè, inconsideratè & plane frivole juramenta dandorum & respondendorum in Judiciis admittuntur; si non adsunt, pars parti tunc deferat juramentum litis decisorium, aut alter alteri referat, & ita totum negotium erit finitum. 3. nemo potest esse Judex in propria causa, nisi pars parti deferat juramentum, hoc casu vero, quo Actor exhibet articulos suos sub juramento dandorum, idque in effectu præstat, & Reus  
sub

sub juramento respondendorum ad illos juratò respondet, ad-  
sunt Judices in propria causa, & quod notandum, si Actor  
vel Reus præstito suo jurejurando victor evadat, forsaa  
quòd aliæ probationes liquidæ per testes vel instrumenta in  
promptu non sint nonnulli Domini Referentes esistenti tri-  
umphatori adjudicant litium expensas, id quod respectu ex-  
pensarum, non principalis causæ, super quâ hactenus liti-  
gatum fuit, mihi non tam iniquum quàm in aliis judiciis  
non practicatum videtur, ex sola illa ratione, quod *Victor  
per prestitum juramentum suum, fuerit Judex in propria causa.*  
Dixi, neminem debere judicare in propria causa, nisi pars  
parti deferat juramentum; addo & aliam exceptionem, nisi  
*Magistratus injurias sibi intuitu officii illatas ipse vindicet & pu-  
niat*, quod summo jure potest; hoc casu enim non in pro-  
prio sed potius in alieno, nempe negotio Reipublicæ proce-  
dere & judicare censetur Judex; Cùm illata ista injuria non  
proprie Judici & Assessoribus, sive sint ordinariæ personæ  
Magistratus, sive Commissarii, sed potius ipsi Reipublicæ  
vel Dignitati, quam Judex, seu Magistratus sustinet, facta  
esse intelligatur. *Brunnemann. ad l. un. C. ne quis in sua cau-  
sa. Gail. lib. 1. Obs. 39. num. 1 & seqq. Menochius lib. 2. ar-  
bitrar. juâ. quest. cas. 263. n. 7. Cap. 1. de poen. in 6to ibique  
Gloss. verb. punire.* Ut verò Judex hac in re minimè sit su-  
spectus, rectius tunc facit, si acta, illatam injuriam, ipsum  
famosum libellum ad Collegium juridicæ facultatis non su-  
spectum, ad causam determinandam transmittat, per ea, quæ  
habet *Brunnemann. d. l. in f. modò illata Judici injuria sit pla-  
nè notoria. Barbosa. num. 11. Farinac. qu. 17. n. 45. Brunne-  
mann ad l. all. un. ne quis in sua causa judic.* Hæc dicta mea  
iterum

iterum suam patiuntur exceptionem, nam 1. vel Iudex ad privatam vindictam, nempe ad poenam pecuniariam sibi applicandam, ut et ad recantationem agit, quod vocamus *Civiliter agere*. Vel 2 ad poenam fisco applicandam agit, quod appellamus, *Criminaliter agere*, (quamvis neutequam sit de necessitate, ut actionem suam injuriarum si velit criminaliter procedere, coram Superiore, tanquam Iudice competente instituat.) priori casu Iudex injuriam sibi intuitu officii illatam non potest ipse propria autoritate vindicare, seu consequenter judicare in propria causa; sed causa privatum interesse spectans utique ad superiorem devolvenda est, ut iste tanquam Iudex competens de ea cognoscat. *Carpzov. in praxi crimin. p. 2. q. 95. num. 84. & seqq. Jul. Clar. in §. fin. q. 35. num. ult. Berlich. pag. 5. Conclus. 66. num. 38. Gail. lib. 1. Obs. 39. num. 4.* Sic aliquando pronuntiarunt Scabini Lipsienses M. Mart. 10. 1602. Senatui in Kempnitz: Wann gleich G. U. sich Eures begebenen Bescheides zu beschweren gehabt, so hätte ihm doch nicht gebühret, so ein hönisch, schimpflich und spöttisches Schreiben an Euch zu thun. derowegen wird er solcher Unbescheidenheit halber willkührlich mit Gefängniß, oder umb eine ziemliche Geld-Busse, seinem Vermögen nach, billig in Straff genommen, und ihr seydsolche Straffe ex officio wieder ihn zu exequiren wohl befugt. Da ihr ihn aber injuriarum, auf einen Wiederruff, belangen wollet, so wäret ihr nach Gelegenheit ditzfals, wider ihn ordentlicher Weise zu pro-

B

cedi-

cediren schuldig. V. R. W. Posteriori verò casu, quem  
 mox antecedentia verba exprimunt, quando Judex, Magi-  
 stratus, Senatus fiscaliter agit, i. e. prætendit ad intrestre Su-  
 perioris territorialis nempe Comitatus in territorio poenam pec-  
 cuniariam Fisco itaque applicandam, firmissimum est princi-  
 pium, quòd tunc Judex injuriam sibi intuitu officii illatam  
 possit ipse propria auctoritate vindicare.

§. 5. In §. antec. diximus promiscuè de positionibus & ar-  
 ticulis, qui ideò & communiter vocantur positiones; quia  
 in illis aliquid pro certo ponitur; differunt tamen positiones  
 in usu pratico ab articulis, positiones enim propterea sunt  
 introductæ, ut Actor per confessionem rei suam actionem  
 probare possit. Itaque positiones propter Reum, articuli ve-  
 rò propter examen testium conscribuntur: harum positio-  
 num eo casu, quo testes fide digni et omni exceptione Ma-  
 jores adsunt, *meo Judio* nullus deberet esse usus, ob specifi-  
 cam nempe litis contestationem, ex qua satis constaret, quid  
 Reus negaverit, quid confessus fuerit, adeoque statim ad  
 articulos & non positiones deveniendum esset; Et ratio in  
 contrarium communiter adjecta, *meo Judio* non videtur suf-  
 ficiens; sed potius straminea et iniqua, cum dicunt practi-  
 ci, *positiones ad id tamen esse utiles, ut adversarii conscientia in  
 antecessum tangatur.* Bone Deus! quid opus est verbis, i. e.  
 depositione juratoria Rei, ubi Rerum i. c. testium, ut ita  
 quasi scribam, testimonia adsunt. Objiciunt porrò Practici,  
 quòd, si adversarii conscientia in antecessum tacta fuerit, isq;  
 veritatem causæ negaverit et pernegaverit, et postmodum  
 producti testes contra hunc deponentem contrarium planè  
 deponerent, adversarius ille deponens tunc puniretur tan-  
 quam

quam perjurus? At bone Deus! an absolutè licitum est, Adversari conscientiam tangere in antecessum, eum saltem in finem, ut adversarius deponens per contrarias testium depositiones, perjurus evadat, scelera cujuscunque generis, in perpetuum aut ad tempus relegatus solitoque modo punitus, vagabundus imberet & practicaret? absit, absit! Idem et mihi in articulo libello, seu articulis super oclusis valdè displicet; interim tamen quod Principi seu Comiti superioritatem territorialem habenti, in suo territorio, mediantibus Consiliariorum Consiliis maturis, placet, legis habet vigorem; sic itaque legimus in *ordinatione nostra Banhaimiacensis. XXIII. part. 3. von Fiscalischen Process.* Und ist in solchen Sachen der Verklagter, wann kein Denunciants oder Accusator, præter fiscum obhanden, sondern ex rumore et fama, per inquisitionem, verfahren wird, gleich auf die verschlossene Klage, wie biszhero bräuchlich, juratò zu antworten schuldig. Oder kan einer dem andern & decisivè zum Aydt stellen, Hic modus procedendi, quamvis in aliis territoriis habeatur pro duro & sit abrogatus, tamen heic locorum quia plebs admodum hiulca et dissoluta est, exoptatum pro obtinenda quiete præbet frænum.

§. 6. De formatione positionum seu articulorum, cujus in initio §. 2. hujus nostræ diss. fit mentio, observandum est, quòd sint formandæ vel formandi perspicuè & specificè, non generaliter & obscurè; ad obscuras enim, multiplices, ut et ad impertinentes, quæ ad decisionem causæ nihil faciunt, Reus regulariter non tenetur respondere; limitant tamen id practi-

ci, nisi forsan Judici ita visum fuerit, tunc tamen Reus possit explicationem positionum illarum obscurarum à Judice petere, & distinctè ad positionem multiplicem respondere. *Brumm. C. 17. n. 9.* limitatio illa non pertinet ad impertinentes; nam ad illas Reus planè non tenetur respondere, sic quoque nil negotii habet cum positionibus, quas irresponsabiles vocamus; irresponsabiles positiones sunt, quæ aliquid juris in se continent, & dicuntur verbo positiones juris, E. g. Wahr dann, dasz das und das im rechten so und so versehen, item wahr, dasz Beklagter die hundert Rthlr. Kampf oder Garten müsse Vermöge der Rechten wieder heraus geben und einräumen, & quæ similia; hæc positiones juris vocantur irresponsabiles, & bene; nam Jus à parte sive sit Actor sive Reus, nullo modo est petendum, nec potest peti, ut verò controversia evitetur, nisi positiones impertinentes sint, nec ne, Judex in dubio illas sub clausula: *salvo jure impertinentium* tenetur admittere. *Mev. p. 7. Dec. 117.* Cæterum Reus à Judice ad claram ac simplicem responsionem est adigendus, sine aliquo additamento, dasz Er klahr und deutlich ohne einigen unnöthigen Anhang antwortte.

§. 7. Hactenus perlustravimus qualitatem adversarii, & quomodo positiones formandæ, & quid de iis, articulis observandum sit; restat, ut vi verborum mox initialium §. 2. *hujus nostre dissertationis* aliquid dicamus de articulis probatoriis & reprobatoriis seu reprobatorialibus; sed putamus hosce articulos commodè referri posse ad modum illius probandi, qui fit per testes, uti suo loco in consequentibus

tibus §. 14. h. n. diff. videmus. Antequam tunc ordine progredimur ad probationem, quæ fit per juramentum, annotemus adhuc prius aliquid de probatione in genere; nimirum in genere verum est, *affirmanti incumbit probatio. L. 10. C. de non num. pec.* Exceptio tamen est 1. nisi negativa sit juris, seu neganti obstet præsumptio juris. E. g. tu non potes testimonium dare, testamentum condere, & quæ sunt similia, hæc enim generaliter omnibus permittit, donec probetur contrarium. Vel 2. nisi negativa sit prægnans, i. e. tacitam affirmationem in se contineat, V. G. tu non fuisti præsens; tu non es sanæ mentis, in effectu enim aliquid affirmativè positum est, ac si aliquis dixisset, tu es furiosus, tu fuisti absens. Vel etiam 3. nisi aliquis in negativa se fundet, eam tunc probare debet. *Brunn. cap. 18. n. 1.* Ultima hæc exceptio *meo iudicio* non semper & absolutè procedit; E. g. uti legimus *Zangerum in doctissimo illo tractatu de Exceptionibus. p. 3. cap. 22. n. 1.* Titius Emptor actione venditi ad solvendum pretium conventus excipit, quod Cajus venditor à sua parte nondum impleverit contractum, Titius Emptor hoc casu fundat se in negativa, & tamen non tenetur probare, ratio est; quia Cajus tanquam Actor cum effectu, actione venditi ad pretium solvendum adversus Titium tanquam Reum, qui utique se fundat in negativa non potest agere, nisi supposito contractus implemento, atqui verò hoc in facto consistit, adeoque non ab eo, qui contradicit, contractum nondum esse impletum, nimirum rem venditam, sive sint ædes, sive equus, nondum esse traditam, sed qui affirmat, i. e. qui actione venditi ad solvendum pretium agit, consequenter intendit, tacitèque quasi affirmat, contractum



emptionis & venditionis dudum fuisse impletum, probandum. Hæc materia *de probanda negativa* admodum delicata & ampla est, incidenter & remissivè saltem de illa aliquid dixi; Cæterum benevolus Lector doctissimum tractatum *Franc. Herculani de probanda negativa* hinc conferre debet.

§. 8. Eventum litis alterius conscientie committere :

**Die Klage dem anderen ins Gewissen schieben,** sæpius periculosum est, tenetur tamen interdum actor juramenti delatione sibi consulere, si aliis probationibus destituitur aut citius lite se extricare desideret; hoc ab actore delatum juramentum vocatur in praxi juramentum judiciale, quod deferri & referri potest. Hujus judicialis juramenti delatio locum habet, quando actori libuerit. *L. 12. in fin. pr. G. de Reb. cred. & jurejur.* etiamsi nihil adhuc dum probaverit. *Brunn. Cap. 23. n. 6, L. 9. C. de Reb. Cred. & minimè obstat,* quod Actor probare coeperit, & à coepta probatione destiterit, modo in probando non defecerit; tali enim in casu actor juramentum amplius deferre non potest; sed Reus potius absolvitur. Incidit mihi jam in mentem notabilis practicanum pia fraus, quam nos meritò damnamus, eamque in Judiciis nunquam practicatam, i. e. ad effectum perductam vidimus; nempe summam eo casu, quo Actor subolfecerit, testes pro ipso non bene deposuisse, statuunt cautelam, ut Actor contra publicationem rotuli, i. e. attestatorum, clarius, ejus, quod testes deposuerunt, protestetur, & Reo deferat juramentum, sic enim dici non posset, quod Actor in probatione coepta defecerit. *Meo iudicio* et irà debemus piam illam frigidem pensitare, aut testes pro Actore nil mali nil boni, verbo nihil, quod ad justificationem et decisionem causæ

causæ faciat, deposuerunt; aut dederunt testimonia, quæ Actori in sua instituta actione maximè præjudicant: priori casu piam illam fraudam defendimus, & permittimus tali in casu omnibus personis Judicialibus, Judici, Assessoribus & Secretario, quòd ante publicationem rotuli, huic vel alteri dicere possint, quid testes deposuerint, ratio; quia in hoc nimirum dum juramentum defertur Reo, summa consistit defensio Actoris; Et sanè Actor non potest ejus, quod testes deposuerunt, certior fieri, nisi per personas Judiciales, melius tamen est, si ipse Actor proprio motu non ex auditu personarum judicialium, sed potius ductu conscientiæ, quòd testes forsan nihil pro se deposuerint, contra publicationem rotuli protestetur, ne personæ Judiciales viderentur, in turbulenta & morbida aliqua Republica, aliquid fecisse contra præstita sua juramenta. Posteriori casu damnamus illam putativam insignem cautelam in æternum, ratio; ne processus planè frivole fierent penè immortales, nam hoc casu citius Actor contra publicationem attestatorum protestaretur, quàm priori; obstat tamen 1. tam respectu prioris quàm posterioris casus adesse identitatem rationis. 2. *Actor non probante Reus absolvitur.* 3. priori casu facta protestatione contra publicationem rotuli, Actor utique potest Reo deferre juramentum judiciale seu litis decisorium; posteriori verò non, Ergo neutequam hic indistinctè adest identitas rationis. 2. regulariter quidem verum est, *Actore non probante Reus absolvitur*; sed ità intelligendum est, si Actor planè non probaverit actionem seu intentionem suam, i. e. testes contrarium deposuerint, tunc Reus absolvitur; testes verò qui nil pro, nil contra Actorem deposuerunt, neutequam absolvunt Reum,

Reum, illi enim in effectu veluti mutæ personæ planè nihil attestare sunt, quo modo tunc potest absolvi Reus? Cæterum doctissimus ille Mevius p. 4. *Decis.* 4. docet, quòd, si quis ob inopiam probationis in prima instantia succubuerit, ipse in secunda instantia posset adhuc deferre juramentum; super hac doctorali non legali opinione, pro hac vice suspendo Judicium meum.

§. 9. DD. de acceptatione juramenti generalem aliquam cautelam communiter statuunt, nempe ut Reus delatum juramentum statim acceptet, facta acceptatione deferens id non posset revocare *Carpz. p. 1. C. 12. D. 4.* rationem annexant, 1. per juramenti delationem & acceptationem videtur quasi transactum inter partes, ut per juramentum lis decidatur: non potest igitur eo casu poenitere actor *Carpz. 2. c. 12. defn. 4. Scotan. D. 30. thes. 12.* Consequenter, 2. Reo per acceptationem jus quæsitum, quod ipsi invito auferri nequit *Mev. p. 2. D. 93.* Sed meo *Judicio* allegatæ illæ rationes et limitari possunt, uti tunc temporis in nostra dissertatione inaugurali de *Jure Singulari Coroll. XV.* diximus; tale jus quæsitum non absolutè probatur ex *L. 11. C. de reb. cred.* à Doctorum Schola communiter in contrarium allegata, prout ex annexa Struvii in Syntagmate suo *Juris Civilis de Jurej. Exerc. 17. th. 38.* limitatione apparet, ubi doctissimus ille Struvius notanter scribit, nisi post delationem & subsequentem acceptationem novis certisque probationibus instruatursi deferens, quas antiè ignoraverat: *d. l. 11. atque Sententia, si qua reo prestatio injuncta, à viribus rei judicate suspensa fuerit. Carpz. d. def. 4. n. 5. Scotan. d. l.* Nos addimus, 3. nisi Reum peccaturum statim docere possit. Cæterum *L. illa Si quis 11. C.*

*de Reb. Cred.* prohibet saltem variationem, quod nempe non deceat cordatum virum, mox deferre juramentum mox revocare, mox ad probationes ordinarias se offerre, & tamen iterum probationes acceptatas omittere, & denique post festum quasi, ad juramenti delationem confugere; sed *meo Judio*, variatio ex antecedentibus rationibus utique sapius, quamvis delatum juramentum judiciale Reus acceptaverit, est admittenda, ratio; quia minima circumstantia variat totum Jus.

§. 10. Is qui defert juramentum, tenetur prius jurare de calumnia, *L. 34. §. 4. ff. de jurejur.* & cui delatum est, vel præstare vel referre id debet, si refert, non præstat juramentum calumniæ. *Brunners. n. 17. (den Eyd zurücke schieben:)* *L. 64. §. 7. & 8. ff. de jurejur.* Notant insuper practici, quod is, cui relatum sit juramentum, non solum præcisè jurare; sed & juramentum calumniæ præstare teneatur. *Carpz. Proc. Tit. 11. artic. 4. num. 25. Meo Judio* hæc cautela practica est ridiculosa; nam eo ipso, dum quis præstat juramentum judiciale, litis decisorium, seu necessarium, decidit totam controversiam, consequenter jurat de calumnia, & affirmat se habere justam causam agendi & se defendendi, nec se calumniæ causâ in lite versari. Notanter dico *totam controversiam*; quia præstatio juramenti judicialis etc. tacitè exprimit, num animus planè vexandi adfuerit nec ne; adeoq; nullo modo opus duplici juramento, & litis decisorio & calumniæ; nec *meo Judio* necesse est, utrumque juramentum, & Judiciale & Calumniæ expediri uno eodemque actu, quo delatum juramentum judiciale præstatur, ità ut utrumque juramentum secundum opinionem *Carpz. d. art. 4. n. 29. in eadem*

eadem formula jungatur; igitur abundans illa cautela merito & quasi igni abolenda est, quam & in Judiciis Sanioribus, quæ antea sedulo frequentavi, nunquam practicam vidi.

§. 11. Relatio juramenti cessat, 1. si solus Reus, cui juramentum delatum est, facti notitiam habeat, veluti si de hujus facto proprio queratur, tunc Actor singulari aliqua phrasi utitur: wolte Kläger die Klage in sein des Beklagens Gewissen schieben. *Carpz. d. artic. 4. n. 41. 2.* Si juramentum semel à Reo acceptatum. *Carpz. d. art. 4. n. 9.* 3. Si Reus cui delatum, probationem in se suscipere velit, wolte sein Gewissen mit Beweis vertreten. Si vero Reus delatum juramentum nec referre, nec ipse præstare velit, præcipue ubi causæ controversæ habet sufficientem notitiam, tunc necessarió ob notoriam contumaciam Reus causa cadit & habetur pro convicto; Et Actor, postquam Reo detulit juramentum, hic verò illi refert, relatum juramentum non vult præstare, jure suo, ob dolum, qui hic præsumitur, seu contumaciam manifestatam, cadit, & Reus absolvitur. *Brunnem. n. 18.*

§. 12. Hactenus aliquid dictum est de Juramento judiciali & litis decisorio; videamus jam de juramento necessario. Juramentum Judiciale & litis decisorium parùm differunt, uti aliquo modo diximus. §. 2. *hujus nostræ disputationis*; hanc tamen legimus differentiã, quòd Judiciale juramentum sit illud, quod pars parti defert in Judicio, hinc vocatur judiciale juramentum; quia in judicio pars parti defert; litis verò decisorium, nomen juramenti extra judicialis apud praticos meretur, quod pars parti extra judicium, etiam Judex ex officio in Judicio deferre potest; sed

sed *meo* iudicio hujus juramenti litis decisorii tanquam extrajudicialis, effectum, in Judiciis nunquam fens; igitur & per juramentum judiciale quod pars parti etiam extra Judicium defert, lis deciditur, adeoq; inter juramentum judiciale & litis decisorium, in effectu non est differentia; Necessarium juramentum, quod ordo jam tangit, est, quod Judex ob inopiam probationis, si non appareat, pro quo pronuntiandum sit, scilicet deferre compellitur; appellatur necessarium; quia partes sine facultate referendi hoc præcisè præstare tenentur. Hoc necessarium juramentum est vel purgatorium vel suppletorium. Juramentum purgatorium, uti notum, ex officio a Judice defertur, quoties certa indicia contra reum adsunt, locum habet in criminalibus minoribus, quoties ad torturata deveniri non potest; item in matrimonialibus, & causis civilibus arduis, & tunc certus terminus assignatur, intra quem jurat, quod si nolit, pro confessio habetur; si vero juraverit, secundum *Brunn. n. 38.* absolvendus est, etiam ab expensis, ratio hujus famigerabilis Jcti, sine dubio est, quod jurans sit victor; hinc victus victori & in nostro hoc casu in expensas esset condemnandus; Sed obstat ratio nostra, mox in medio §. 4. antec. hujus nostræ dissertationis expressa. Quod & juxta *Mevii opinionem. p. 2. Dec. 39.* procedit, etiam si victus ob juramentum suppletorium actoris; cujus sententiæ & nos, rationem illam, quod jurans sit Judex in propria causa, inspicientes lubenter assentimur; nam planè diversus est casus, *Reus victor evadit per proprium suum juramentum. 2. Reus victus evadit per juramentum suppletorium actoris.* Hæc principia *Brunnemanni* & *Mevii* in processu inquisitorio non semper procedunt; quia *Fiscus* regulariter debet manere indemnis, & si indicia ad juramentum purgationis sufficiunt, justè quoque

inquisitio mota & instituta censetur, secus si istiusmodi indicia non adsunt, tunc praesumitur Fiscus inquirere per calumniam & animo planè vexandi. *vid. tit. XXIII. part. 3. Ordinationis nostrae Banthaimiacæ*; Hingegen aber auch sich hören, bey arbitrari Straff, daß keinem per calumniam sive vexam sub nomine Fisci, eine vexation, an Platz rechtschaffen fundirter action und Klag, movirt werde; sondern sich in allen ihren actionibus, jederzeit, des Zielfz und Ends erinnern, daß die Justitz, die Straffen hauptsächlich, ad reddendos bonos in Republica Cives, eingeführet habe. *Fiat ergo meo iudicio*, si Fiscus in probando succumberet, compensatio expensarum inter Fiscum & inquisitum seu fiscaliter, aut criminaliter accusatum.

§. 13. Probatio semiplena efficit, ut iuramentum suppletorium ei, qui semiplenè probavit, deferatur, dico ex communi DD. Schola semiplenè, & bene; gradus enim probationis est quadruplex, 1. minusplenus. 2. Semiplenus, ut libri Mercatorum. Unus testis omni exceptione major. 3. plenus, duo testes omni exceptione maiores. 4. plus quam plenus, veluti, absente patre per quinquennium, filius nascitur: Ergo hoc modo certissimè constat de spurio. Semiplena illa probatio, quæ utique objectum est iuramenti suppletorii non quidem præcisè consistit in uno teste omni exceptione majori, sed iuramentum suppletorium, & propter præsumptiones juris & conjecturas concludentes admittitur. *Mev. p. 5. Dec. 173.* Sed quid? uterque & Actor & Reus semiplenè probavit, cui sit deferendum iuramentum suppletorium?

R. pra-

re. practici, digniori & honestiori, in dubio verò ipsi reo, cu-  
 jus partes sunt favorabiliores. Brunnemann. n. 26. Idem quo-  
 que obtinet juxta Dnos Practicos, si Reus & Actor plenè  
 probaverint, tunc hoc juramentum Reo deferendum esset  
 instar juramenti purgatorii; an verò hujus juramenti delatio  
 facta hoc tempore, solida ratione nitatur, *Naturalistis* diju-  
 dicandum relinquo; Cæterum cautela *Domini Carpozovii. Tit.*  
*12. art. 2. n. 5.* dum putat, ut ille, cui onus probandi injun-  
 ctum sit, si videat, se plenè probare non posse, expressè pe-  
 tat, se admitti ad juramentum suppletorium, rationem deci-  
 dendi annectit Dominus Carpozovius, quòd eo ipso se suspe-  
 ctum non reddat, nobis planè ex illa tantum ratione, quòd  
*hoc ipso se suspectum non reddat*, non arridet; qui enim semiple-  
 nè probavit, aliquid probavit, Ergo non fit suspectus, quam-  
 vis se ad juramentum tali in casu non obtulerit; in hoc verò  
 expedit cautela illa, quamvis ipse Judex ex officio juramen-  
 tum suppletorium injungere possit, quòd nempe Judex hoc  
 per incuriam, si à parte non petatur, possit negligere, id quod  
*parti*, cui probatio injuncta esset, inferendo sententiam, ali-  
 quo modo præjudicaret, quæ incuria Judicis in secunda in-  
 stantia, i. e. Appellatoria utique corrigitur. Tandem de pro-  
 batione per juramentum purgatorium aut suppletorium, no-  
 tatum dignum est, quòd hæc juramenta, quæ ob defectum  
 probationis saltè injuncta videntur, etiamsi per sententiam  
 juramentum purgatorium aut suppletorium jam tum imposi-  
 tum sit absolutè non præstentur, si adversarius offerat proba-  
 tionem, & præstationi allegatorum juramentorum, sive sit  
 purgatorium sive suppletorium, maximè contradicat; firmi-  
 ter enim persuasus sum. juramenti injunctam præstationem,



ubi aliquis partium ad probandum se offert, idque non ce-  
 prum & finitum, omnino esse impiam; Et licet juramenta  
 illa revera præstita sint, tamen adhuc probationi contrariae,  
 ad convincendum perjurum totamque causam retractandam,  
 consequenter id quod interest simulque causam principalem  
 restituendam locus est, nisi partes totum negotium jurejuran-  
 do, seu deferendo juramentum inter se transegerint. *L.*  
*admonendi. 31. ff. de jurejur.*

§. 14. Sequitur jam probatio per testes, quæ ordina-  
 rio modo fit vel per articulos probatorios, vel reprobatorios,  
 seu reprobatorias, *confer. §. 7. & 2. hujus nostra disput. & con-*  
*tra hosce articulos à parte producti formantur interrogatoria,*  
 in quibus utique summa Rei defensio consistit. Super articu-  
 lis illis probatoriis, & reprobatoriis *gegen Beweisfz* & for-  
 matis interrogatoriis testes simul in uno eodemque termino  
 examinantur, dum Actor intra terminum probatorium arti-  
 culos suos probatorios, & Reus econtra interrogatoria, ut &  
 articulos reprobatorios, si quos habet, actorque contra, in-  
 terrogatoria in Judicio producit. Articuli ex natura actionis,  
 & non præcisè ex positionibus negatis; quippe, quod posi-  
 tiones non ubivis in Judiciis receptæ, desumendi & forman-  
 di sunt; si verò ipse libellus, quem aliàs & simplicem quæ-  
 relam appellamus, est articulatus, i. e. articulatum per nume-  
 ros conceptus, tunc novis articulis neutequam est opus; sed  
 si actori injuncta est probatio, supplicationem saltem Judici  
 sub Rubrica. *Repetitio libelli loco articulorum probatorialium,*  
*eum denominatione testium & directorio, i. e. test. 1. Joann*  
*Schmidt. test. 2. Daniel Lammers &c. test. 1. ad artic. 1, 2, 3,*  
*5, 8, 10, 13, 14, & sic porro. test. 2. ad articulos omnes, seu*  
 ad

ad art. hunc vel illum ( posterior hic modus vocatur *directorium*, prior verò *denominatio testium* ) insinuare potest; communiter tamen & formantur additionales, qui ideo vocantur additionales; quia prioribus articulis adduntur tanquam novi. Diximus, quòd actor, si velit intentionem suam probare per testes, debeat necessariò articulos suos probatoriòs intra terminum probatorium in Judicio producere, notanter *intra terminum probatorium*, i.e. ut ad probandum intercà se præparet, ergo non requiritur, ut præcisè intercà probet.

§. 15. Interrogatoria contra productos articulos probatorios seu reprobatorios formare, non est necessitatis; sed horum formatio planè dependet ab arbitrio Actoris seu Rei; interim abundans cautela sæpius non nocet, hinc interrogatoria, si non profunt, tamen non nocent, communiter in termino examinis una cum aliis exceptionibus contra personas testium exhibentur & opponuntur. Ad hoc examen testium ordine & decenter instituendum, requiritur. 1. Citatio testium, si testes sub judicis examinantis jurisdictione sint, aliàs per subsidium seu in subsidium juris citantur. 2. Citatio partis adversæ, contra quam testes producentur, eum in finem, ut hæc pars, quæ in praxi vocatur, *producat productus*, videat contra se produci & jurare testes. 3. Citatio producentis, ubi producens vel saltem memoriale aliquod, in quo producenti terminus examini destinatus intimatur, conscribere potest, vel in hora juridica, quam heic locorum ordinarium judicium vocamus, ad protocollum per Reecessum petat, ut dies examinis determinetur, & partibus tam producto quam producenti, præmissa citatione ordinaria testium *denominatorium*, debite insinuetur, id quod inscribitur *Denuntiatio ad*  
par-

partes an Seiten Mevii Anwalts Titii producenten contra Sempronium producaten. Citationi partis adversæ, i. e. *producti* des producaten, nomina testium & copia articulo- rum, ut producto domi contra productos articulos interrogato- ria, si velit, conscribere, has vel illas exceptiones contra perso- nas & dicta testium sibi reservare, & statim in tantum oppo- nere possit, inseruntur. Incidit in mentem cautela aliqua abundans pro illo nempe, contra quem producantur testes, ut mox acceptis articulis & nominibus testium, inquiret in ipsorum habilitatem, & conjunctionem, vel fan- gvinis, vel communis interesse cum producente, & quidem *tali modo*, si impedimentum deprehendat, quod testem pe- nitus ratione testimonii inhabilem reddat, contra eum statim protestetur, ut testis ille planè à testimonio repellatur. *Meo* *Judicio*, tali in casu statim contra inhabilitatem testis ad pro- tocollum, seu per recessum loco oralis protestari, utile qui- dem est; sed istiusmodi exceptiones ut plurimum sunt du- bix; hinc Judicem neutequam constringunt, ut testem il- lum opinione Rei suspectum, penitus à testimonio repellat, adeoque Judex non obstante contradictione Rei, talem te- stem admittere tenetur; reservatis tamen ipsi exceptionibus contra personam & dicta testis illius, finito examine, deducen- dis. Sed quid? notorietas inhabilis istius testis planè est in promptu? &c. talis casus vix & raro datur, si adest, Judex ob metum perjurii, quod testes alii oculariter deponunt & demonstrant, suspectum illum testem utique statim debet rejicere. Cæterum notorietatem suspecti alicujus testis in- continenti judicare & ante oculos Judicis ponere posse, est res ardui negotii, & quidem communiter dubiosi, igitur Judex

in dubio ita, sicuti antea dixi, plerumque procedit & procedere debet.

§. 16. Interrogatoria á Reo propterea offeruntur, ut Judex eo distinctius in veritatem inquirat, & an testis certam causæ notitiam habeat, indaget; unde pars adversa non facile hæc omittit, quamvis formatio & oblatio interrogatoriorum, *uti §. antec.* diximus, dependeat ab arbitrio Actoris seu Rei, ratio, quia in illis maxima pars defensionis sæpius latitat. Hæc interrogatoria, vel causam, vel ipsam personam concernunt, adeoque sunt vel generalia vel specialia; ubi concernunt causam, ibi inscribuntur specialia; ubi verò ipsam personam, quæ deponit, ibi generalia seu personalia, quia spectant personam. Interrogatoria generalia in Judiciis ut plurimum præmittuntur, eum in finem, ut prius ex his de qualitate, dignitate & fide testis constet. Formatores horum generalium inusitata nonnulla & quasi absurda immiscent, **V. G.** Ob Zeuge euch in der Käyserlichen Majest. Acht seye? Ob Zeuge in allem wolle die Wahrheit sagen? Wie Zeuge zu diesem Zeugniß gekommen? Ob Zeuge nicht bey Verlust seiner Seelen seeligkeit alles wolle entdecken, was zu des Beschuldigten rechtmässiger Verantwortung dienen könne? hanc inconsideratam interrogatoriorum generalium formationem merito damnamus, retinemus potius econtrario illa, quæ heic locorum in Judiciis sunt in quotidiana observantia, **1.** Wie der Zeugen Nahme sey? **2.** Wie alt Zeuge sey? **3.** Welche seine Nahrung? **4.** Ob Er einer Parthey verwandt, oder mit Schwägerschaft zuge-

D

than

than seye? 5. Ob Er zu dieser Kundschaft erbetthen  
 oder sonst von jemandt was Et sagen solle, unter-  
 richter seye, und von wehme? 6. Ob Er einigen  
 Nutzen oder Nachtheil aus dem Gewinn oder Ver-  
 lust der Sachen zu haben vermeint? 7. Ob Er einem  
 theil geneigter wäre, als dem andern? *Hæc septem*  
*recensita interrogatoria & non plura in nostris Stein-*  
*furnensibus recepta sunt, nos & octavum ex officio sæpius*  
*addimus, nimirum ob Zeugen wissend, dasz einer sei-*  
*ner Neben-Zeugen wegen Hurerey, Ehebruch, Dieb-*  
*stals, oder andern Lasters einmahls berüchtiget, oder*  
*abgestrafft sey? tale interrogatorium verò, quod propri-*  
*am testis turpitudinem concernit, & ad ipsam personam te-*  
*stis, ut ipse deponat, directum est, Recept. novis. §.*  
**Es sollen aber keine. 53.** invenimus ptohibitum, ratio,  
 quia istiusmodi interrogatorium causam perjurio facile suppe-  
 ditat, & eadem ratione ac fundamento nititur illud antea al-  
 legatum, **Ob Zeuge auch in der Käyserlichen Maj.**  
**Acht seye?** hinc firmiter persuasus sum, *octavum nostrum*  
*adjectum*, haud inconcinniter hujus inusitati obrinere locum.  
 Reliqua inconsiderata interrogatoria, ob Zeuge in allem  
 wolle die Warheit sagen? Wie Zeuge zu diesem  
 Zeugniß kommen? Ob Zeuge nicht bey Verlust  
 seiner Seelen Seeligkeit wolle alles entdecken, was zu  
 des Beschuldigten rechtmässiger Verantwortung die-  
 nen könne? *Omninó sunt superflua; nam ratione primi &*  
*tertii*

tertii istius interrogatorii, testis vi conscientiae & praestiti juramenti tenetur veritatem dicere, ratione *secundi* vero deponentem utique defendit citatio.

§. 17. Per dictum illum Recessum Novissimum ( ut clarius me exprimam ) **§ Es sollen aber keine. 53.** quod notandum, prohibentur quidem interrogatoria propriae turpitudinem testis continentia, ne ipse testis, contra quem aliquo modo militaret praesumptio, super injurioso tali interrogatorio deponat; sed neutequam prohibentur interrogatoria, quae ad turpitudinem vitae *contestium* directa sunt; nam super istiusmodi interrogatoriis consequenter turpitudinem vitae contestis, testis utique examinari potest; hoc enim per allegatum Recessum Novissimum non est prohibitum. Caeterum interrogatoria ad terrendum testem ( **das Gewissen zu schärffen** ) conscribere, reputatur quidem communiter pro cautela aliqua; *sed meo iudicio*, istiusmodi interrogatoria multis execrationibus non sunt implenda. V. C. **Ob Zeuge diesen Augenblick des Teuffels mit Leib und Seel seyn? Oder ob Er so fort in den Abgrund der Höllen versincken wolle, wann dieser Articul nicht wahr sey;** Et talia interrogatoria Judex non tantum debet rejicere, sed & interrogantem illum punire, ratio, testis de veritate dicenda, Judici semel praestitit juramentum, 2. plane non est in potestate partium, his vel illis execrationibus adstringere testes ultra consuetam formulam juramenti, quasi antea praestitum juramentum ad fidem faciendam non sufficeret. Hoc vero pro utili aliqua cautela habendum est, ut **Reus, seu Actor** ( in casu, quo & Judici reprobatoriales à

Reo oblata sunt) si inter interrogatoria, ubi ad cardinem questionis pervenit Actor seu Reus, roget Judicem, ut in hoc articulo cardinali juramentum præstitum testi in memoriam revocet, id quod ita præsticant Advocati **hey diesen Articul bittet Beklagter den Zeugen seines Zeugen Eydes fleisig zu erinnern.** In §. antec. recensui nonnulla interrogatoria personalia, partim inusitata, inconsiderata & absurda, partim quoque usitata & recepta; In aliis Judiciis sequentibus interrogatoriis generalibus procedunt, 1. **Wie Zeuge heisse,** 2. **Wes Standes Er sey,** oder was er vor Nahrung treibe? 3. **Wer seine Eltern gewesen?** 4. **Wie alt Zeuge sey?** 5. **Ob Zeuge sich eines Lasters, Dieberey, Ehebruch oder sonsten bewußt?** 6. **Ob Zeuge mit Zeugführern oder Producaten verwandt?** 7. **Ob Er einigen Nutzen aus dieser Sachen zu gewarten?** 8. **Wie Er zu diesem Zeugnifz kommen?** 9. **Ob Zeuge sich mit producenten nicht zuvor beredet, was er zeugen solle?** 10. **Ob Zeuge sich nicht mit seinem Neben-Zeugen beredet.** Hæc interrogatoria, rejectis 5 & 8, uti in antecedentibus nervosè demonstravi, admitto.

§. 18. Tandem pervenimus ad modum probandi, qui fit per instrumenta, consequenter propius tangimus nostrum argumentum *de probatione natiuitatis*; videamus prius per compendium quasi, materiam de instrumentis. Instrumentorum vis seu efficacia in hoc præcipuè consistit, ut sint publica, vel subscriptione trium testium munita *L. 11. C. qui pot. in pign.* notandum tamen est obiter, testes in factis, seu delictis

litis melius probare quam in antiquis, in his enim melius instrumenta, in illis vero testes. *L. 18, C. de fide instrum.* privata instrumenta de praxi plenè non probant, nisi, uti Brunemannus vult. *c. 19. n. 3.* instrumenta à partibus subscripta & recognita, vel per testes, vel per comparationem literarum confirmata sint. Circa instrumentorum productionem DD. mirum in modum variant, *Alii* dicunt, quod intra terminum probatorium post litem contestatam sint producenda, *Alii* adjiunt adverbium *regulariter*, quòd nempe regulariter post litem contestatam intra terminum probatorium producantur; *Alii* limitant ratione exceptionis peremptoriæ, qua aliquis intentionem actoris contrariam vel ex transactione, vel re judicata, vel ex soluto, in continenti probare possit, & statuunt unanimiter, productionem tunc hujus vel illius documenti mox ab initio ante litem contestatam fieri debere; *Alii* ex Jure communi permittunt instrumentorum productionem usque ad conclusionem in causa. *c. Cum dilectus 9. X. de fid. instrum.* *Alii* etiam ob favorem causæ, aliquando post litem contestatam, si nempe instrumenta noviter sint reperta, idque Reus juramento confirmare possit, quòd illorum noviter repertorum instrumentorum noticiam non habuerit. *Meo Judio* tam respectu actoris quam Reus strictè inhaerendum est. *Recessus Imperii de Anno 1654. §. 24. in fin.* ut & insuper saniori inter alias opinioni Domini Carpozovii, quam fovet. *Tit. 14. Art. 1. n. 18. & 36.* nam vi allegati *Recessus Imperii* Actor in specie unà cum libello omnia instrumenta probatoria in copia offerre debet, quæ tunc Reo simul in citatione communicantur, sin secus, citatus non comparet nec tenetur comparere, nec contumaciæ accusari potest



*Blum. proc. Cam. tit. 63. num. 22.* post litem vero contestatam in secundo termino Documenta in originali producenda sunt. *d. Recess. Imper. §. 45.* Jure Saxonico, de quo intelligimus allegatum nostrum Carpzovium, & plerorumque Judiciorum Saxoniorum statutis post terminum probatorium regulariter non admittuntur, & quidem optimè, nisi Reus præstet prius juramentum, quòd antea illorum instrumentorum noviter re-  
 pectorum notitiam planè non habuerit; ratio in contrarium à Dominis Advocatis adjecta, nimirum, *cùm instrumenta ad probandum adhibeantur, eo tempore producenda, quo probatio necessaria,* meo Judicio non est sufficiens; nam ita non est procedendum, ut lites fiant penè immortales. *L. 13. C. de Judiciis* & quod potest fieri per pauca non debet fieri per plura. Documentorum copiarum eo casu in Judiciis non admittuntur, quo ad probandum non informandum producuntur, sed requiruntur originalia, *L. 7. C. de fid. instr.* sed quid? originalia ob distantiam Judicii, & periculum, ne amittantur, commodè produci nequeunt? R. adeundus est Judex competens superior per supplicam, ut Judici loci, ubi originalia in natura sunt, committatur, quo coram eo fiat productio, quorsum pars adversa sumptibus producentis tunc evocatur. *L. 11. C. de fid. instrum. Berlich. p. 1. concl. 46. n. 57.*

§. 19. Productio documentorum & potest fieri coram certis Commissariis, ( ad quos Judex loci quoque aliquo modo refertur ) præcipuè in causis arduis Commissariis illis communiter simul injungitur, ut copias vidimatas ex originalibus transfumant, easdemque ad Judicium, in quo causa controvertitur, sit Camera Wezflariensis, vel aliud Judicium longius distans, remittant. *Blum. pr. tit. 73. §. 40.* notat doctè

doctè, quid de transumptione hujus vel illius documenti originalis sit necessario observandum. 1. tenor nominum integraliter debet scribi. 2. **Wie es mit dem Siegel beschaffen, ob selbiges gantz verschnitten, zerbrochen, abgerissen, ob verisimilia vestigia davon vorhanden gewesen, oder nicht.** 3. **Soll allwege post finem copix das Siegel abgerissen werden per pictorem ad hunc actum specialiter rogatum & juratum, mit Vermeldung, was das Wahs, Schnur, Pressel vor eine Gestalt habe.** 4. **Sollen auch die Siegel so gleichförmig zu seyn vermerinet werden, mit dem Zirckel abgerissen werden.** Practici insuper notant cautelam, ut si quis fidem plenissimam desideret exemplo, adversarium ad exemplificationem curet citari. *C. ult. X. de fid. instr.* Instrumenta illa producta, ut á parte adversa recognoscantur vel juratò diffiteantur, necessarium vel maximè est; recognitio fit sine juramento; diffessio verò juratò ab ipso principali, interdum & per procuratorem speciale mandatum ad id habentem, uti videbimus in consequentibus. De Jure communi recognitio saltem obtinet, quoties de manu ejus, qui recognoscere debet, agitur, vel de illa manu, i. e. obligatione, vel apocha, cujus notitiam probabiliter habere censetur. Alibi & quidem in Saxonia, omnia documenta, cujuscunque sint generis, recognoscuntur, etiamsi manu aliena exarata, *Carpzov. tit. 14. art. 2. n. 54.* vel recognoscens ad minimum juratò asserere tenetur, se hujus vel illius documenti, obligationis, apochæ, productæque scripturæ notitiam non habere, quod ibi in Saxonia  
 pro

pro jurata diffessione utique habendum, & benè. *Carpz. d. 4. n. 58.* Et documenta publica, quæ aliàs summam & indubitatam fidem merentur, Jure Saxonico recognoscuntur, prout docet. *Carpz. d. 1. n. 18.* nec non documenta sigillata tantùm, non subscripta. *Carpz. n. 24.* Sed quid? an publica instrumenta jurato negari possunt? R. cum *Carpzovio tit. 14. artic. 3. n. 48.* quod non, quamvis Reus ea diffiteri velit; recognoscere enim istiusmodi documenta potest non diffiteri, quæritur igitur, an instrumentorum publicorum recognitio in nostris Judiciis Westphalicis omnino sit abundans? R. omnino non est abundans, sed ferè, præcipuè, si pars adversa hujus documenti recognoscendi non habeat recentissimam notitiam, & quamvis habeat, tamen instrumentum illud productum, Reus sine dubio debet *videre*, licet non *recognoscere*, eò quòd *recognoscere* respectu instrumentorum publicorum sit Judici aliquo modo injuriosum; hinc tali in casu *videre* saltem sumimus sano sensu pro recognoscere.

§. 20. Practici in recognoscendis instrumentis, ut & talibus, quæ diversa continent capita, duas communiter observant cautelas, easque protocollo per recessum, aut scripturæ, loco actionis seu exceptionis, productæ, inferunt, nempe à parte *producentis*; ut mox ab initio protettur, *se hoc documentum in passibus saltem utilibus producturum*, à parte verò *Recognoscantis*, se quidem recognoscere productum instrumentum, *salvis tamen omnibus exceptionibus sibi contra instrumentum illud competentibus.* Duæ hæc clausulæ seu cautelæ inutilis sunt & abundantes; nam de Jure competunt, quidnam opus est eas expressè per Recessum sibi vel in producendo vel recognoscendo instrumentum, reservare? recognoscendo enim

enim obligationem, apochas, &c. non renuncio exceptionibus mihi contra obligationem, apochas, forsan competentibus 2. Per se patet, si instrumentum planè diversa capita in se contineat, quòd pars saltem illa producere voluerit, quæ ad præsentem litem pertinent, quam *clausulam concernentem* communiter dicimus. Et huic 3. non obstat, siue cautela illa, *se hoc instrumentum in partibus saltem utilibus producturum*, adjecta sit siue non, quòd tunc tale instrumentum istiusmodi cautela non impugnatum, contra producentem vim probandi generaliter habeat; nam *meo iudicio* instrumentum contra Mevium à me productum, semper pro me & semper quoque contra me, casu eveniente potest probare, *pro me*, quatenus falsitas instrumenti producti non appareat, *contra me*, falsitate instrumenti postea luculenter comparente; adeoque imaginaria illa saluberrima practantium cautela utique in totum corruiat falsitate instrumenti revelatâ: V. G. Mercator quidam Stichus dictus, à me petit debitum, nonnullis rationum toliis consignatis, dicens in iis contineri debita, producensq; librum suum mercaturæ, tanquam instrumentum aliquod semiplenè probatorium, sub expressâ illa clausula, *se hunc suum librum in partibus saltem utilibus producere*; Ego autem revolvens librum Mercatoris Stichi, non invenio datum, subscriptum & acceptum, orto nunc summo dubio, peto foliorum resignationem, & tunc manifestatur fraus, objectaque illa clausula nil prodest, sed degenerat in pessimum vitium. Cæterum, si Reus documenta contra se producta recognoscere nolit, tunc ipsi injungitur sub pœna instrumentorum in contumaciam pro recognitis habendorum; Et si personæ in dignitate constitutæ injuncta sit recognitio, hæc cautela

E

ipſi

ipſi utilis, ut ſibi permiſſi petat, quò domi coram Notario Judicii ſeu deputato aliquo jurato è gremio recognoscat inſtrumentum, *arg. L. 15. de jurejur.*

§. 21. Ultimo loco circa hanc materiam non ſunt prætereundæ duæ notabiles cautelæ, *prima eſt*, quòd ſit conſultius, ſcripturam inſtrumenti probare per comparationem literarum; *ſecunda eſt*, ut fiat inſtrumentorum recognitio per teſtes fide dignos. Comparatio literarum requirit 1. ut alia adverſarii ſcriptura certa & indubitata produci poſſit, ad quam fiat comparatio. *Nov. 73. c. 1. L. 20. C. de fid. inſtrum.* alia illa ſcriptura, vel in aliis Actis deprehenditur, vel quæ à teſtibus manum ſuam recognoscentibus ſubſcripta eſt, vel aliàs ab adverſario tanquam propria manuſcripta, producta. 2. adhibendi ſunt rei ſcriptoriæ periti, qui ad hunc actum comparationis literarum ſpecialiter rogati & jurati ſingulos literarum ductus probè conferant. Recognitionem literarum per teſtes quòd attinet, notandum eſt, hanc utique eſſe permiſſam, quanquam ſententia lata ſit de recognitione & jurata diſſeſſione, & terminus propterea præfixus, Reusque ad juramentum paratus. *Berlich. p. 1. concl. 44. n. 44.* per hanc teſtium recognitionem, inſtrumento plena fides attribuitur; alii Practicantium verò volunt præciſè, ut teſtes inſpecie depoſant, ſe vidiffè inſtrumentum ab adverſario aliquando ſcribi. *Ruland. de Commiſſ. p. 2. Lib. 5. cap. 39. n. 32. Meo Judicio tamen ſentiendum eſt hoc in caſu cum Domino Carpozovio Proc. tit. 14. art. 3. n. 67.* ſtatuenti, ſufficere, ſi teſtes ſaltem depoſant de manu ſcribentis, ſibi hanc non innotam eſſè, adeoq; ſe certiffimè credere, hanc eſſè manum ſcribentis; hinc enim præcipuè inter Mercatores valet & obtinet iuramentum creduli-

dulitatis. *Marquard. de Jure Mercat. lib. 3. cap. 9.  
num. 9.*

§. 22. Sepositis nunc cogitationibus de utilissima illa materia probationis, meritò progredimur ad ipsam nativitatē, seu ætatem; hujus rei probatio, uti ipse *Bartol. ad L. de ætate 43. ff. de Minor. n. 7.* fatetur, admodum difficilis est, præcipuè hoc tempore, ubi inclementia bellorum in tota ferè Europa, libri illi, quos vocamus *Calendaria Ecclesiastica* die *Kirchen-Bücher*, oder *Tauff-Bücher*, in quibz baptizatorum nomina annotantur, amissi sunt & quotidie ferè amittuntur. Nativitas seu ætas (sano sensu differunt quidem, sed promiscuè hæc vocabula sumimus) & probari potest per testes, præcipuè si fuerint oculares; ast hominum memoria, uti notum, admodum labilis est, adeoq; melior & accuratior est nativitatis probatio per instrumenta, per *Calendaria* illa *Ecclesiastica*, vulgò *Kirchenbüchern*, *Tauffbüchern*, quæ in probanda nativitate maximam merentur fidem. *Barbosa ad L. 14. C. de probat. n. 3. seq. Faber. Cod. lib. 4. tit. 14. def. 6.* Hæc *calendaria Ecclesiastica*, quæ accuratum & incuriã non imbutum Pastorem præsupponunt, etiam præcisè punctum nativitatis probant; quia præsumitur, quòd diligens ille Concionator ipsam horam nativitatis adscripserit; si verò hora nativitatis in *Calendario Ecclesiastico* expressã non sit, tunc punctum nativitatis præcisè non probat, *Menoeh. lib. 2. præsumt. 51. n. 56.*

§. 23. Nativitas, casu eveniente, etiam probatur & determinatur ex visu atque oculari inspectione corporis *L. 32. pr. ff. de minor. L. 3. C. si Minor se major. dix.* nempe si remedium aliud, amissis illis *Calendaris Ecclesiasticis*,

Kirchenbücher, Tauffbücher, non amplius superest; obstat tamen, hunc modum probandi per ocularem inspectionem corporis, per Imp. nostrum Justinianum *in pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* esse abrogatum. *re,* ocularis illa inspectio corporis *videatur* abrogata per Justinianum, illam verò in effectu abrogatam esse in omnibus partibus Imperii Romano Germanici intrepidè negamus; Sic inter alias Gentes, Saxones ocularem inspectionem corporis approbant, *Landr. Lib. 1. art. 42. quod & Kiegius in Com. Inst. ad pr. tit. quib. mod. tutela finit.* adeoque firmiter Statuo, abrogationem illam Justiniani nostri, quam legimus *in pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* ubi Justinianus refert veterum morem, quo non solum ex annis sed etiam ex habitu corporis in masculis pubertatem æstimare volebant &c. non esse universalem, sed abrogatio Imperatoris ad eum tantummodo casum extendi debet, ubi de numero annorum constat, juxta quem ætas seu pubertas præter propter æstimari potest, quo casu nec ego inspectionem admitto. Si verò de annis non constet, ætatis tamen quæstio moveatur, utique ad visus beneficium, seu Judicium oculorum recurrere debemus. Cæterum exinde secretiorum partium inspectio non probatur, quæ an unquam apud Romanos obtinuerit, non immeritò dubito, ex ratione quia in textu originali. *tit. Inst. in pr. quibus modis tut. fin.* notanter legimus æstimari volebant, verba pubertatem autem veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis æstimari volebant, Ergo dubiosum est, num Veteres Romani in effectu pubertatem ex habitu corporis in masculis æstimaverint nec ne; vultus enim & corporis vigor, hoc casu indicium facere potuerunt.

§. 24. Signa staturæ, faciei depressæ, ut & vocis elatæ ad probandam nativitatem multum quoque faciunt; Ex eo enim potissimum anni computari debent, ex quo præcipuam fidem in ea re constare credibilius videtur sentiente ita Icto Celfo in *L. 13. ff. de prob.* sed quid? an istiusmodi signa in probanda nativitate infallibile signum præbent? R. negativè, cum quotidiana rerum experientia testetur, quod adolescentens interdum calvi conspiciantur, ut ita aspectu senes judicentur, prout *Annales de Numa Pompilio* referunt; Econtrario natu majores videntur præ se ferre faciem adolescentis, cum tamen in effectu sint virilis ætatis. *Mascard. de prob. vol. 2. Concl. 668. n. 17. seqq. meo Judicio vultus & vigor corporis, & signum elevatæ vocis tantum operatur, ut tandem pro opinione ex aspectu desumpta stet præsumptio, donec contrariam probetur, Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 2. artic. 7. Mascard. de prob. vol. 2. Conclus. 668. num. 37. Menoch. lib. 2. presump. 50. & seq.*

§. 25. Sic & in Hermaphroditis five Androgynis, qui dubii sexus sunt, ut constat, quinam sexus prævaleat, inspectio necessaria est, *L. 10. ff. de Stat. homin.* notanter dico, quinam sexus prævaleat, i. e. an hermaphroditus masculino an foeminino sexui magis accedat, quomodo hoc cognoscendum sit, eruditè demonstrat *Zachias quest. med. legal. lib. 1. quest. 8. num. 2. & seqq. & num. 18.* per rerum naturam enim incompatible est, ut Androgynus utrumque sexum æqualiter perfectum ad concipiendum & generandum repræsentet. Inspectio illa ocularis Hermaphroditis alicujus in his aliisque casibus necessaria est, i. uti legimus in *L. 6. §. fin. ff. de lib. & posthum.* Si posthumum hæredem scribere velit Herma-  

E 3

phro-



phroditus, utique constare debet, an in hoc virile prævaleat. 2. *juxta Rittershusium partit. Feud. lib. qu. 6. cap. 10.* si de successione feudali quæretur; nam in feudis, uti notum regulariter, nisi sit feudum promiscuum *ein Knackel-Lehn*, soli masculi admittuntur. 2. *Feud. 31. in fin.* adeoque Androgynus, qui adhuc dubii sexus est, in successione feudali non admittitur, nisi ex inspectione oculariter constet, masculinum sexum in eo prævalere; hinc tali in casu, prævalente sexu masculino, feudi, i. e. successione in feudum, capax censetur. 3. maxime quoque inspectio Androgyni in matrimonio ineundo requiritur, præcaendum enim est, ne masculum cum femina, vel femina cum femina jungatur; adeoque puto, matrimonium ab Hermaphrodito desideratum, nisi Hermaphroditus accuratam corporis inspectionem prius admittat, non esse permittendum. *Carpzov. Jurisp. Eccles. lib. 2. desin. 16.* Incidit jam in mentem nobilis & vexatissima quæstio, an in prævalentia sexus dubia, electio sexus sit publici Juris, an privati, i. e. num Hermaphroditus ipse sexum eligat sub præstando aliquo juramento, quòd altero sexu uti velit, vel num Magistratui tanquam publicæ Impartiali personæ, vel Comiti seu Principi in disputatione super successione feudali, sexum eligere competat? &c. absurdum esset, ut ipse Androgynus sub præcedenti allegato juramento eligat sexum; hinc totum hoc oculare negotium non arbitrio privati, i. e. ipsius hermaphroditi, sed potius Consilio Medicorum, ut hi oculari inspectione anxie inquirant, committendum est; talis processus & absolutè necessarius est, si successor feudalis ultimus, vasallus, sit, prout fama seu rumor refert, Hermaphroditus, & electio sexus tunc neque Androgyno, neque Domino directo,

recto, Comiti, Principi &c. quippe qui sexum foemineum, ob futurum commodum sine dubio eligeret, competit. *Thomas Sanchez* qui scripsit doctissimum tractatum de matrimonio, *lib. 7. disp. 106. num. 1. & 6.* est in hac singulari opinione, quod assertioni Androgyni tunc sit habenda fides, si res non sit conjuncta cum periculo & præjudicio tertii, ut in matrimonio ineundo.

§. 26. Lustrata per compendium materiã de nativitate, percurramus quoque nonnulla hujus materiæ affinia, nempe casus, in quibus nascituri habentur pro jam natis, quasi jamtum nati essent, inter quos primum locum tribuo libertati, nimirum partus à matre libera conceptus habetur secundum, *L. 5. §. 2. ff. & L. 7. & 26. ff. de Statu homin.* pro libero licet mater tempore nativitatis serva sit. Sic quoque secundum principia nostri juris civilis quæritur, ancilla prægnans manumissa est, deinde tamen ancilia iterum facta, aut civitate expulsa peperit, liberum an servum pariat? *xx.* liberum, ratio, quia huic partui nato sufficit, quod liberam matrem vel medio tempore habuerit. *L. 5. §. ult. ff. de Statu hom. & d. L. 7. & 26. eodem.* denique quæritur, si matrimonium tempore conceptionis contrahi potuerit, non verò tempore nativitatis, an partus pro legitimo sit habendus? *xx.* quod sic per *L. 11. sub fin. C. de nat. lib. & matr. eorum juncta l. 7. & 26. ff. de Statu hom. Fachin. lib. 3. c. 50.* Filius Senatoris habetur quoque interdum pro jam nato, nimirum, si patre adhuc in dignitate Senatoria constituto conceptus sit, licet pater postea Senatu moveatur, ratio, tempus conceptionis inspicendum est. *L. 7. §. 1. ff. de Senator.* idem principium nostri Juris obtinet quoque in filio Decurionis, qui patre Decurione qui-

quidem conceptus, natus verò est post amissam dignitatem patris Decurionis. *L. 2. ff. 3. C. de decur. & fil. cor.* Notandum insuper est aliquid de subtilitate juris istius postliminii tanquam fictitii, 1. quòd lex Cornelia patrem, cum ab hostibus caperetur, statim mortuum esse fingat. *L. 1. C. de postlim. revers. & redempt. ab host.* 2. quòd liberi ex captivis apud hostes concepti & nati, *notante concepti*, non ex sua sed parentum persona jus postliminii recipiant, *L. 1. C. de postlim. revers. & redempt. ab host. L. 9. & 25. ff. de captis & postlim.* hinc filia cujus pater post conceptionem apud hostes mortuus est, pro spuria habetur, & sequitur conditionem matris, ut postliminii Jus ei utile sit.

§. 27. Partus in utero existens si præteratur in testamento, inofficiosum hoc ipsum testamentum dicitur. *L. 6. ff. de inoff. testam.* nam in Jure succedendi ab intestato toties consanguinei non admittuntur, quoties spes est, suum hæredem aliquem defuncto existere: E. g. defuncti uxor gravida est, tunc alii agnati, nisi mortuo illo nascituro, non admittuntur. *L. 5. §. 1. ff. & legit.* sed quid? Cajus exhæredat filium suum Stichum, & extraneum hæredem Sempronium sub conditione tamen instituit, filius verò Stichus vivo patre Cajo, uxorem Annam ducit, quæ à Marito suo Sticho concepit, quaeritur, an mortuo patre Cajo, filioque ejus exhæredato Sticho, partus ille nondum natus, legitimam hæreditatem, deficiente illa conditione habeat nec ne? *Re. affirm. per L. 6. & 7. ff. de suis & legit. hered. & L. 6. in pr. ff. de injust. nupt. & irrit. fact. testam.* Cæterùm si partus in utero tempore nativitatis proximior sit, is utique ad successionem præ aliis admittendus est, vid. §. proximus autem 7. de legit. agnat.

fuc.

*success.* Et is inter agnatos proximior est, qui nullo facto testamento, tempore mortis ejus, de cujus hæreditate quæritur, talis est; si verò condito testamento Titius seu Pamphilus decesserit, is tunc erit proximior, qui eo tempore, quo certum est, nullum hæredem ex testamento illo facto extitutum, talis est, *per mox alleg. §. in Inst.* Hinc videmus, partum nasciturum, ut commodum futuræ hæreditatis sentiat, pro jam nato haberi, modo tempore nativitatis proximior sit, *L. 7. & 26. ff. de statu hom.* Et non obstat, quod Jus succedendi jure novissimo per *nov. 118.* sit mutatum; principium enim respectu partus in utero manet idem, & habetur pro jam nato, consequenter vi *leg. 7. & 26. ff. de statu hom.* admittendus est ad successionem, modo tempore nativitatis proximior sit.

§. 28. DD. inter se disputant, num posthumus natus ad fideicommissum purè familiæ relictum, admittendus sit, nec ne, & an ratio. *l. 7. & 26. ff. de Statu hom.* hoc in casu etiam locum habeat, Casus ità se habet, Cajus testator hæredem institutum rogavit, ut hæreditatem agnatis restituat; post mortem verò hujus Caji, nascitur posthumus, quæritur an is ad hæreditatem admittatur? *re.* distinguendo, vel ille posthumus in vita testatoris Caji conceptus, post mortem verò natus, vel post mortem testatoris conceptus & natus est, *Priori* casu posthumus ille, utique ad hæreditatem admittendus est, ratio, quia is qui in utero est, perinde habetur ac si natus esset, quoties de ipsius commodo agitur. *L. 7. ff. eod. posteriori* verò casu, quia conceptus & natus post testatoris Caji mortem, huic non agnascitur. *L. 8. ff. de suis & legit. hered.* nisi ipse post mortem testatoris conceptus & natus posthumus, sit

F

pro-

probabiliter secundum assertionem matris & Medicorum iudicia, ex ipso sanguine & semine defuncti testatoris Caji. Cæterum & is fideicommissi capax est, qui tempore purificationis conditionis, si nempe fideicommissum sub conditione vel in diem proximiori descendendum sit relictum, in utero est, modo hic partus in succedendo proximior sit, ratio, dies enim relictæ antequam conditio eveniat, non cedit. *L. 5. §. 2. ff. quand. dies legat. vel fideicom. ced.* & qualitas requisita, nimirum ut quis existat, in relictis fideicommissis in diem vel sub conditione, tempore evenientis conditionis in honorato attenditur. *L. 52. ff. de legat. 2. L. 104. ff. de cond. & demonstr. nam qui in utero est, is in rerum natura esse creditur. L. 26. ff. de stat. hom. & L. 7. ff. de suis & legit. hered. præcipuè, ubi de talis partus commodo agitur. Eadem hæc principia obtinent quoque eo in casu, quo testator Caju alienationem prohibuerit, ut is qui tempore alienationis in utero fuit, possit factam talem alienationem summo jure revocare per *ll. mox in antec. citatas*; videtur tamen obstare, quòd *heres teneatur præstare factum defuncti*; sed *re* obstaculum hoc procedit, quando quis jure proprio non succedit, secus si proprio jure, quod notandum; nam hic posthumus factam contra prohibitionem Caji testatoris alienationem de jure revocans non tam ex persona defuncti Mevii in alienationem illam consentientis, quam potius ex sua persona succedit, ratio, quia huic posthumo revocanti Jus quoddam facta prohibitione alienationis à Cajo illo testatore erat quæsitum, consequenter huic Juri defunctus ille Mevius in alienationem contra voluntatem testatoris consentiens, in præjudicium posthumi strictè voluntati quondam testatoris Caji inservientis, neutequam potuit renuntiare. Incidit*

cidit adhuc notabilis quæstio, cujus effectum tamen nunquam practicum vidi, nempe an filius ante confiscationem bonorum patris conceptus, possit bona confiscata à Fisco vel substitutis aliis jam admissis revocare? R. affirm. per leges supra allegatas, vid. & *L. un. C. pen. Fisc. cred. preferri, ut & Menoch. conf. 413. & 566.*

§. 29. Succedunt jam aliæ quæstiones maximè spinosæ, nempe 1. an ex capite consanguinitatis circa jus retractus, commodum aliquod in partum in utero existentem resultare possit? 2. an partus in utero si vivus nascatur, alienationem feudi revocare possit? 3. an circa amissionem feudi sc. pactionati ob commissam in dominum feloniam, feudum ad partum in utero proximiorum, an verò ad dominum directum devolvatur? R. 1. partum in utero tempore alienationis proximiorum, si res retractui gentilitio subiecta alienetur, utique posse retrahere. *arg. §. cum autem §. de heredit. qua ab intest. def. & L. 7. L. 26. ff. de stat. hom. Tholosan. in synt. Jur. univ. lib. 26. cap. 16.* notandum est, ut partus ille retracturus sit legitimus, nam qui non potest succedere, non potest retrahere. *arg. §. vulgo quæstos §. de success. cognat. L. 1. C. de natur. lib. & matr. eor.* sed quid? partus retrahens seu retracturus est ipse filius venditoris Sempronii, qui campum vel agrum citra necessitatem absque renuntiatione juris retractus pro se & suis hæredibus, vendidit Pamphilo, quæritur an ipse filius venditoris possit casu eveniente uti jure retractus? R. aff. modò res retrahenda à Majoribus proveniat, hoc enim casu filius ille venditoris non præcisè quidem jure hæreditario sed proprio potius retrahit. *L. 73. ff. de evict. hinc cautelæ illæ citra necessitatem, & absque renuntiatione juris retractus pro*

se & suis heredibus nihil faciunt ad rem, secus si res retrahenda à Majoribus planè non proveniat; nam hoc casu putativus retrahens filius non tam jure proprio quam hæreditario succedit, consequenter non retrahit, ratio quia factum defuncti sui patris Sempronii tenetur præstare, adeoque non potest retrahere, uti per consequentiam diximus in medio §. *antec. h. n. disp.* obstat, vendita à patre, per retractum filii, rursus venire in potestatem patris §. *si quis. verb. ei verò 7. de immul. stipul. 2.* obstat, nihil posse una via prohiberi, alia verò permitti, quod alias esset contra regulas juris. *C. cum quid 39. de R. Jur. in 6. l. 21. n. 1. ff. de tutor. & curator.* sed *re.* hic nihil una via prohibetur quod alia via contra permittitur, nam filio tali in casu non prohibetur, rem à Majoribus proveniente, à patre verò in ignominiam familiæ propè venditam retrahere. 2. illa quæ à filiis quæsitæ sunt, patri hodie non amplius acquiruntur, nisi quoad usumfructum. *L. 8. in pr. C. de bon. que liber.* Et quamvis nulla solida ratio seu responsio ad supra allegatas objectiones possit dari, tamen unica hæc sufficeret, quod jus retractus ex lege consuetudinis etiam in dicto casu sit introductum, rationem si quæris, cur jus retractus sit introductum, habeas inter alias illam, quia est introductum. Notanter dixi *ex lege consuetudinis*, sic enim in ordinatione nostra Banthaimiaca *part. 4. tit. XVIII.* legimus, *Bey Verkauf ohnbeweglicher Güter, soll in unsrer Graffschafft, das jus retractatus, zwischen den nächsten Blutsverwandten, usque ad quartum gradum inclusive, so dann zwischen den nächsten Nachbahrn hinsichtlich Platz genießen; jedennoch der gestalt, dasz die*

die präsenten inner 14. Tagen, und die Absentes und Minderjährige, innrr Monaths, von Zeit der von Cantzel, in loco rei sitæ beschehener publication, oder am Hause testatò gethahener notification des Kauffs, durch Erlegung des baaren Kauffskillings, das Guet ihnen selbst, ohne arge und List, ratrahiren, sonst ohne exception darab sollen ausgeschloffen seyn. Jus illud retractus an semper æquitate & ratione nitatur, jam non inquiremus, eò quòd hujus quæstionis decisio præsens nostrum institutum *de probatione natiuitatis* non tangat; Id potius loco ejus circa materiam juris retrahendi quærimus, num proximior decedens, jus retrahendi in hæredes transmittat, nec ne? *ꝛc.* disting. hæres vel est extraneus vel suus; si suus, utique proximior decedens retractum transmittit in hæredem, qui juridicè suus vocatur; nam si pater defunctus proximior fuerit, multo magis filius erit proximior. Si extraneus hæres est, iterum debemus distinguere, an defunctus retrahere cœperit nec ne. Priori casu locus est transmissioni, si nempe talis proximior, eum, quem Caja peperit, hæredem instituat. *arg. L. 5. ff. de bon. poss. cont. tab. l. 1. §. 8. ff. unde cogn. & L. 7. L. 26. ff. de statu homin.* modo testator intra tempus petendi retractum mortuus sit, si verò per annum & diem secundum principia juris, secus se res habet juxta mox allegatam nostram ordinationem *Banthaimiacam*, tacuerit, neq; tunc actio illa preparata utilis ad exemplum quærelæ inofficiosi & juris deliberandi, quamvis Jus Canonicum, quod tamen in istiusmodi casibus non præcisè in nostris terris sequimur, proximis tempus



retrahendi, annum & diem esse comprobet, transmittitur, *vid. c. const. X. de in integr. rest.* Hæc dicta adeo vera sunt, ut partus tempore venditionis conceptus, modò tempore nativitatis sit proximior, possit venditionem à remotiori emtore retrahere, ex ratione, quod Jus retrahendi plerumque dirigatur secundum jus succedendi ab intestato, adeoque secundum principia juris & opiniones Doctorum non video quid prohibeat retractum proximioris à remotiori, *vid. & Tholosan. in syn. Jur. Univ. lib. 26. c. 16. sub fin. nobiscum omnino sentientem;* videtur tamen obstare, quòd potius ante nativitatem proximioris istius nati, Jus quæsitum jam nato fuerit, & is juxta §. *proximus autem Inst. de legit. agnat. succeß.* proximior sit, qui tempore mortis ejus, de cujus hæreditate quæritur, talis fuerit. Ast hæc istiusmodi obstacula hac in quæstione nullius sunt momenti, prout leges illæ sæpius allegatæ. *L. 7. & 26. ff. de statu homin.* objectiones resolvunt.

§. 30. Quæstionem nostram secundam quod attinet, benè distinguendum est inter occurrentes casus, aut enim pater aliusve alienavit consensu domini feudum antiquum in extraneum, aut feudum antiquum in extraneum illicite est alienatum, i. e. sine consensu domini; priori casu filius aliusve agnatus, qui in utero est, feudum illud antiquum alienatum utiq; revocare potest. *Rosenth. c. 9. concl. 66. n. 2.* ratio est; quia tale antiquum feudum, omnibus tam hæredibus, quàm quodam jure singulari succedentibus, ex contractu seu beneficio potius primi concedentis seu acquirentis competens, absque consensu domini directi, vassalli & agnatorum auferri nequit. *2. feud. 32. & 45.* nam qui in utero est, tam quoad jus succedendi quam revocandi feudum habetur pro jam nato. *L. 7. ff.*  
*de*

de stat. hom. junct. 2. feud. 1. Et non obstat dissentientis nostri ceteroquin Excellentissimi Jcti Domini Struvii opinio & communi hac DD. sententia abiens, quam fovet in excellentissimo suo *Synagmate Jur. feud. cap. 13. aph. 16.* dum putat, filios alienantis feudum antiquum non posse revocare; at nostra ratio supra data, dubia citati Domini Struvii resolvit. Sic quoque 2. non obstat, si istiusmodi feudum translatum sit in agnatum & quidem remotiorem illo, qui jam tum in utero est; sic enim per expressum textura. 2. *Feud. 26. §. Titius junct. l. 7. & 26. ff. de stat. hom. Resentb. c. 9. concl. 67. n. 6. & concl. 68. num. ult.* tale antiquum feudum etiam consensu domini in extraneum alienatum utique summo jure revocat. *Posteriori*, res quidem propter varias interpretum opiniones magis dubia est, recepta tamen est talis sententia, feudum antiquum sine consensu domini alienatum, ad ipsum dominum directum quidem reverti, post mortem vero alienantis ejusque liberorum, gradu tunc proximiorum id recipere. *Servv. synt. Jur. feud. cap. 13. aph. 10.* adeoque partus, qui tempore mortis Vasalli alienatoris ejusque liberorum in utero tanquam proximior est, feudum antiquum sine consensu domini directi alienatum revocare potest.

§. 31. Ad quæstionem tertiam in §. 29. *h. n. diss.* propositam, non obstante communi DD. calculo, quod privatio feudi, ob commissum in dominum directum delictum tam quantum ad filios delinquentis, quam quoad agnatos sit approbata, intrepidè respondeo, quod textus. 2. *feud. 24. §. fin. (ubi dicitur, feudum ob delictum in dominum commissum, ad eundem reverti)* non ita sit intelligendus, quasi feudum illud in tantum caducum perpetuò apud dominum permaneat; ratio, quia

quia talis processus esset omnino contra naturam contractus feudalis, nam omnes primi acquirentis descendentes, tempore primæ investituræ nacti sunt jus quæsitum, quod nullo modo absque facto, i. e. delicto illorum, sit feloniam, descendentibus non potest auferri. 2. agnati succedunt non ex pacto vassalli delinquentis, sed potius jure proprio, i. e. ex pacto primi acquirentis, adeoque commissæ feloniam ab ultimo Vassallo in dominum Directum, descendentibus primi acquirentis, neutquam obest; hinc partum in utero, tempore reversionis ad agnatos, utique proximiorum, ad obtinendum feudum illud, in tantum caducum, admitto. Sed quid? in dominum directum delictum non est commissum, quod privationem feudi meretur; sed alia adest causa, ex qua aliquis se indignum feudo reddit, quæritur, an feudum antiquum statim ad agnatos, si partus proximior in utero non sit, vivente adhuc Vassallo aliquo modo delincente ejusque filiis, redeat? *R. aff. per text. 2. feud. 24. §. fin. quæ nostra opinio & ad filios Vassalli in tantum delinquentis per L. 12. ff. de suis & legit. hered. extenditur, eò quòd filii hujus Vassalli sint proximi agnati, & hi filii, æquæ ac alii agnati in prima investitura habent jus quæsitum, vid. inter alios Dum Rosenth. C. XI. Concl. 8. num. 2.* Notandum, hic famigerabilis Ictus non distinguit, an Vassallus delictum in dominum directum, an verò aliàs commiserit, adeoque indistinctè filios ad successionem admittit; nos hanc Rosenthali opinionem tanquam benigniorem amplectimur, & filium in utero existentem, non expectata morte patris Vassalli, non quidem in personam domini directi, sed aliàs delinquentis, *vi L. 7. & 26. ff. de stat. hom.*, ad successionem feudi ad-

mit.

timus; filiis verò planè non extantibus, i. e. neque in utero neque extra, proximiori agnato in utero, statim defero feudum. *vid. Struv. synag. Jur. feud. cap. 15. aph. 15.*

§. 32. Coronidis loco dicendum aliquid est de fonte patriæ potestatis, hæc præsupponit familiam, quæ ex ærctissima viri & mulieris conjunctione nascitur, & singulis istiusmodi familiæ membris propria competunt jura & quidem à natura, sic marito in ipsam suam uxorem competit Jus, uxor enim in subsidium mariti nata maritique socia est, imo instrumentum propagandæ sobolis; hinc marito suo debitum matrimoniale ex puro corde & animo exigere volenti uxor strictè parere debet: accedit quòd ut plurimum masculinus sexus longe capacior sit foemineo sexu, *vid. disp. 2. §. IX. prudentia juris naturalis Henrici Ernesti Kestneri Professoris Juris Ordin. in Universitate Rintelensi Celeberrimi, quam dissertationem de Jure connubiali & contractuum, sub ejus laudabili præsidio quondam defendi. Imperium illud, quod maritus habet in uxorem suam alii ex hoc alii ex illo principio deducunt, Excellentissimus ille Böclerus ad Grot. pag. 181. ut & Illustris Pufendorffius VI. n. 9. pro fundamento maritalis istius imperii statuunt consensum in consociationem, Hornius pol. 1. §. f. putat divinam concessionem esse principium; Arniseus verò illud ex sexus præstantia deducit.*

§. 33. Circa proprium fontem patriæ potestatis varia sunt variorum subtilissimorum Caputum Judicia. Pufendorffius habet *alimentationem parentum & præsumptum liberorum consensum, vid. hujus Excellentissimi divinum quasi Grotii Commentarium, qui in aureo hoc opere de Jure Nat. & Gent. mentem Grotii sapiens obscuram & perplexam felicissimo interpreta-*

*imento assecutus est. Hobbesius de cive c. 9. §. 2. Jus victoria;*  
*Grotius generationem.* Ab hisce tribus authoribus summe  
 doctis in totum recedit prelaudatus ille Jctus Rintelensis  
*Henricus Ernestus Kestnerus. Alco Judicio,* sententiam Hob-  
 besii & in tantum Pufendorfii quod attinet, fatror Hobbesii  
 opinionem plane ex inconsiderato principio resultare, nimi-  
 rum *bellum omnium in omnes dari,* sane Dn. Hobbesius fingit  
 pagnam? que hic non est, consequenter non constat de vi-  
 ctoria, eò quædã hæc, illam antea fuisse, præsupponat.  
 Pufendorfii verò opinionem quantum ad præsumptum liber-  
 orum consensum nec nos admittimus, ratio; quia in liberis  
 neque tacitus neque præsumptus consensus est, nam ubi non  
 potest præsumi expressus consensus, ibi neutequam tacitus  
 præsumitur. *L. 2. ff. de Neg. Gest.* Alimentationem verò pa-  
 rentum, quod spectat, nos, *concurrente generatione,* eò  
 quod nemo liberorum alimentetur, nisi prius generatus sit,  
 pro fonte patriæ potestatis, consentiente Excellentissimo illo  
 Grotio omnino statuimus; non quidem 1. procedit argu-  
 mentum, alimento Mevium, Ergo pater sum Mevii; proce-  
 dit tamen inter parentes & liberos, ratio; quia concurrat ge-  
 neratio. 2. non procedit argumentum civiliter, i. e. secundum  
 principia Juris civilis, generavi infantem ergo pater sum in-  
 fantis; spurius enim ex illicito & damnoso matrimonio na-  
 tus, patrem civiliter i. e. secundum Jus civile non habet;  
 quia pater naturaliter certus habetur civiliter pro incerto: ast  
 istiusmodi argumenta, Jus naturale, de quo Dn. Kestnerus §.  
*X. Disp. all. de Jure connubiali & contractuum,* propriè agit,  
 ad alimentationem verò parentum concurrente generatione  
 liberorum non respondet, inspicientes intrepidè concludi-  
 mus,

mus, generationem consentiente Grotio, esse fontem patriæ potestatis; prælaudatus *Dn. Kestnerus* opponit quidem, 1. parentes non posse esse dominos viscerum, quippe quod nemo sui ipsius sit dominus. 2. quod hominibus non datum sit dominium in homines, sed potius in res. 3. ex jure feminis jam dudum ejecto non oriri dominium in liberos. Ast *meo judicio*, tres illas objectiones commodè resolvimus, quod nempe Jus & officium educandæ proli sit à natura, jam educatio respectu parentum præsupponit generationem; Ergo generatio est à natura, consequenter sors patriæ potestatis. 2. Marito in propriam suam uxorem à natura competit Jus, *uti §. antec. diximus*, quare? *æ.* ex ætatisima viri & mulieris conjunctione; Ergo & parentibus competit Jus in liberos, quare? ex generatione, quippe quæ à natura est, & familiæ seu jus familiæ magis magisque propagat. Coeterum quæstio illa de probatione filiationis, nimirum an pater juramentum veritatis præstare possit, se filii sui, liberorumque esse patrem, *meo judicio* ferè est ridiculosa; quamvis enim ipse pater juret communiter de credulitate, tamen hoc juramentum credulitatis in effectu degenerat in juramentum veritatis, ratio, quia pater jurat super proprio facto, consequenter jurat de veritate, se filii liberorumque suorum esse naturalem Patrem.

## T A N T U M.

## COROLLARIA.

1. *Lex illa divina de adulterii pœna non moralis sed forensis est, ideoque Christianos non ita præcisè obligat, præcipue quando ad*  
*instan-*

*instantiam Fiscalis & non mariti ejusque proximorum & necessariorum per modum inquisitionis non accusationis procedimus.*

2. *In testamento tempore pestis condito non minus, quam in alio testamento haredis institutio expressa requiritur.*
3. *Ulpiani Jcti alioquin insignis, qui, & non quilibet Dr. Juris, titulo Jcti merito dignus judicatur, opinio, quam fovet in L. 25. §. ult. & leg. seq. 16. de usuf. & quemadmod. quis ut. fruatur. proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario servitutem imponere potest: nisi qua deterior conditio non fiat: veluti si talem servitutem vicino concesserit, jus sibi esse non altius tollere, meum ingenium minimè torquet vel exercet, intrepidè statuens, quòd proprietarius consentiente usufructuario, fundo usufructuario etiam servitutem, quà deterior conditio fructuarii fit, imponere justè possit.*
4. *Heres bona fide per 30. annos rem defuncto pignoratam, commodatam aut apud eum depositam possidens, exceptione prescriptionis adversus dominum tutus est tam de Jure Canonico quam Civili.*
5. *Etiam Judaeo cum Christiano litiganti juramentum suppletorium deferri potest modo aliquo modo plus quam semiplenè probaverit.*
  6. *Solutum per errorem juris, non minus quam quod errore facti solutum est, repeti potest, modo nulla naturalis obligatio adsit.*
  7. *Errat, qui dicit, antiquum jus esse fabulam.*
  8. *Jus & fabula toto caelo differunt; illud ratione nititur; haec narratione saltem.*
  9. *Bona fidei possessor de Jure Civili non de praxi omnes lucratur fru-*

*fructus; Ex regula, nemo debet locupletari cum alterius injuria.*

10. *Venter potest Sponsalia contrahere.*

11. *Deflorata non est meretrix.*

12. *Quilibet praesumitur malus, donec contrarium probetur.*

13. *Rationes nostri Pagenstecheri Jcti Excell. quas dat Manip. prim. pag. 1. ad verba Lauterbachiana, Jus Civile est magna autoritatis, ratio quia partim collectum est ex Praeceptis naturae & gentium juris, s. ult. J. de J. & J. at Jura Naturalia, id est, tum Jus Naturae inspecie, tum gentium Jus, maximae autoritatis esse quis neget? &c. unde sequitur, non praesumi abrogatum Jus Civile &c. Nobis non arrident, uti Jure demonstrabimus in Libertate nostra Academica, quam meditamur.*

*NB. Defectus, qui in Disputatione nostra de finibus venationum regundis von Jagt und Forststeinen, §. 23. reperitur, ita corrigendus est, ut ita ex descriptione, locorum circumstantias, distantias, & situm melius & quidem unico obtutu dispicere possit ac determinare.*



DOCTISSIMO  
DOMINO DEFENDENTI.

**D**um cognate doces quis possit Jure vocari  
Filius hinc Themidos natus alumnus eris.

*avroxedias*

J. A. WOLFF.



*Eidem.*

**C**Um ferat egregiam doctrinam Sedula cura.  
Sit neque conditio dulcis sine pulvere palmæ:  
Ergo non pigeat patrum consulta legisse  
Cum sudore tuo **TAISENI** proderit olim,  
Rectè ergo perstas fufurus signa per orbem  
Doctrinæ, dum nos **Thalamos** è jure docebis,  
Laus tibi: de tantis satis est voluisse decorum,  
Donec plus Musæ donent quæ multa dedere,  
Nunc prodi impavido producant pectore fauces  
Verba tuæ, victorque pedem cum laude reflectes.

*Ita cognato suo intimo modulari  
voluit, debuit*

**JOHANNES FRIDERICUS STULEN**  
Saxofurtensis.

**ERRATA** Obiter notata.

Pag. 14. §. 7. asticulisque pro articulisque. p. 16. subolefecerit pro subolefecerit. p. 18. in fin. addimus. 3. pro 2. pag. 34. §. 20. protestur pro protestetur. pag. 43. alt, est, pag. 48. domini, domini. pag. 50. non potest auferri, del. non.